Pius eps servus servorum dei Dilecto filio Nicolao M Canonico Wratislavien Salt et aplicam ben Litterarum scientia vite ac morum honestas aliaque lau-
dabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales Volentes itaque tibi qui ut accepimus venerabilis fratris nri Jeronimi Archiepi Cre-
ten familiaris continuus commensalis existis premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nra mera liberalitate Canoni-
catum ecclie Wratislavien cum plenitudine iuris canonici aplica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus prebendam vero ac dignitatem personatum administrationem vel officium eiusdem ecclie necnon
beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura etiam si Decanatus vel Archipresbiteratus ruralis seu Canonicatus et prebenda dignitas personatus administratio vel officium in Collegiata ecclia fuerit et ad dignitates persona-
tus administrationes vel officia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi eorumque alteri cura immineat animarum dummodo aliqua dignitas in eadem Wratislavien post Pontificalem maior aut Collegiata ecclia huiusmodi principa-
lis non existat cuius quidem beneficii fructus redditus et proventus si cum cura aut dignitas vel personatus vigintiquinque si vero sine cura nec dignitas vel personatus fuerit Decemetocto Marcharum argenti secundum
taxationem decime valorem annuum non excedant ad collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem venerabilis fratris nri Epi Patavien ac dilectorum filiorum Prepositi Decani Archidia-
coni et Capituli singulorumque Canonicorum et personarum ecclie Patavien etiam ratione dignitatum personatuum administrationum et officiorum que in illa obtinet communiter vel divisim pertinens siqua vacant ad presens aut
cum simul vel successive vacaverint que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illorum innotuerit duxeris acceptanda conferenda tibi
post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi aplice reservamus districtius inhibentes venerabili fratri nro Epo Wratislavien et dilectis filiis Capitulo dicte ecclie Wratislavien illi vel illis ad
quem vel ad quos in eadem ecclia Wratislavien prebendarum ac dignitatum personatuum administrationum vel officiorum collatio provisio presentatio electio seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet ne de prebenda ac
dignitate personatu administratione vel officio inibi necnon eisdem Epo Patavien Preposito Decano Archidiacono Capitulo Canonicis et personis ne de beneficio huiusmodi interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam
eis constiterit quod tu vel procurator predictus illa nolueritis acceptare disponere quoquomodo presumant ac decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attempta-
ri Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis ac de certo Canonicorum numero Wratislavien predicte et aliis eiusdem necnon alterius in qua beneficium huiusmodi forsan fuerit ecclesiarum iuramento confirmatione aplica vel
quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque Aut si aliqui aplica vel alia quavis auctoritate in dicta ecclia Wratislavien in Canonicos sint recepti vel recipiantur insistant Seu si super provisioni-
bus sibi faciendis de Canonicatibus et prebendis ac dignitatibus personatibus administrationibus vel officiis ipsius ecclie Wratislavien et huiusmodi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales aplice sedis vel le-
gatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus preterquam auctoritate nra in dicta ecclia Wratislavien receptis ac pre-
bendas dignitates personatus administrationes vel officia in eadem necnon beneficia huiusmodi spectantibus te in prebende ac dignitatis personatus administrationis vel officii ac beneficii predictorum assecutione volumus
anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac dignitatum personatuum administrationum et officiorum seu beneficiorum aliorum preiudicium generari Aut si Epo Preposito Decano Archidiacono Capi-
tulis Canonicis et personis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de Canoni-
catibus et prebendis ac dignitatibus personatibus administrationibus vel officiis prefate ecclie Wratislavien ac huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem
seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet
alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de
qua cuiusque toto tenore habenda sit in nris litteris mentio specialis Seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus Wratislavien et alterius ecclesiarum predictarum so-
lita iuramenta dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum et cum ecclesias ipsas accesseris corporaliter illa prestes Aut si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia seu gratiis in dicta ecclia
Wratislavien necnon de simili beneficio ad collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem Epi Patavien Prepositi Decani Archidiaconi Capituli ecclie Patavien Cano-
nicorum et personarum predictorum communiter vel divisim pertinente litteras nras duxerimus concedendas [...] enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus quacunque Constitutione aplica contraria
non obstante quodque quamprimum tu dignitatem vel personatum aut cum cura administrationem vel officium seu curatum beneficium huiusmodi fueris vigore presentium pacifice assecutus presentes littere et
processus habiti per easdem ac inde secuta quecunque quoad reliquum illi incompatibile dumtaxat sint cassa et irrita nulliusque valoris vel momenti Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre
collationis provisionis reservationis inhibitionis constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei
et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquinquagesimooctavo Octavo Kl Decembris
Pontificatus nri Anno Primo

xii
A. de monea.
b. de. atb

Ja. Lucen

Dypl. 407

Dta apud m ſa Lucern̄

D

XIV. 2 39.